

sime comprobatur, omnium mss. codicum consenteiente fide Hieronymum hoc modo scriptissime : « Osanna : salvifica, quod Graece dicitur ὄσσαννα. » Utrumque autem nomen per e litteram extensem legendum. » Non ergo legendum falso ac ridicule, quod Graece dicitur ἀνάν : quia Osanna Hebreorum Graece dicitur ὄσσαννα. Denique utrumque nomen legendum per extensem litteram, non est intelligendum de Osanna tamen in Hebreis quam in Graeca lingua, juxta halucinatum Valesium : sed ita accipienda sunt Hieronymi verba, et sciamus nomen Obed, et Osanna sequens sub littera O legendum per litteram extensem. Videat nunc prudens et studiosus lector quantum prebeat utilitatem liber Hebraicorum Nominum a nobis restitutus juncta primigeniorum sincerarietatem ac fidem, quia non solum editorum librorum Latinorum, sed et Graecorum exemplariorum manuscriptorum errores multiplices castigandi certo noscuntur. De Osanna autem apud Graecos scripto et illud commoneo, in Graeci Fragmentis et Origeniano Lexico, reperiτ ὄσσαννα ubique sive una distinctione syllabrum, et semper in illis expressum ὄσσαννα, vel δέξα. Quibus profecto observationibus omnis imperita Latinorum atque Graecorum exclusa est ac castigata. Nec propterea tamen eo inficias, nomen Osanna apud imperitos olim scriptum esse ac separatum in duo vocabula; id enim satis aparte docet Hieronymus in cap. xxi Matth. dicens : « Nemo ergo poterit ex duabus verbis, Graeco videlicet et Hebreo sermone esse compositionem sed totum Hebraicum, etc. » Putabatur, forte ἀνάν : Graecum esse, et ἀνάν, Hebreum : quam opinionem refutat hoc loco S. Doctor, monens nomen totum esse Hebreum.

Ex ignorato, vel male edito volumine Hebraicorum Nominum alios errores bene multis propagatos fuisse apud interpres hodiernoscriptores, leviter ostendere potuimus; sed exempli jam allata, quia insigniora sunt et domestica, pro sexcentis aliis sufficere credo. Nec tamen silentio praeferre mihi licet, quod de Osanna interpres Latini edidit ex Catena Graeca in Joannem ad finem cap. viii. Ridiculum enim rem posuit, dum Graeca isthac interpretaretur : ἵσσαννα γέροντος ὄσσανναν διπλωμάτην, οὐ Θεόν, οὐ διόνυσον καὶ Ελέα, πατέρας οὐ Θεόν, οὐ πρόπτερόν του. Hoc est, si interpreti creditimus : Jubil enim est Hosanna gemitum, id est Deus, Deus; Jehovah enim et El apud Hebreos Deus appellatur. Quam absurdum atque alienum sensum a Graeco contextu expresserit Latina haec translatio, facile intelligit qui vellei aura Hebrei sermoni fuerit afflatus. Quomodo enim in voce ἴσσαννα gemitum ὄσσαννα, et in Hosanna duplex Deus, id est, bis vocabulum Deus inventari possit, nec Rabbinorum sententissimum, nec Hebraizantium pertinacissimum explicare sibi permettit : quia stultus etiam patet falsam et penitus obscuram esse hujusmodi interpretationem. Itaque sensus Scriptoris Graeci hic certe certior est, in voce ἴσσαννα, Jubel, duplex Deum nomen inventri, non nemepe, et δέξα, sive ἴσσαννα et δέξα, quod utrumque Deum sonat apud

Hebreos. Deinde ἴσσαννα species est ὄσσαννα, hoc est, laudes et confessionis, ut Graeca verba, ἴσσαννα γέροντος ὄσσαννα, Iohelenum est Hosanna, manifeste declarant. Osanna vero gloria et laus dicitur, id est, δέξα, in codice ms. Colbertino; quia honoris causa illud nomen fuit olim acclamatum episcopis et presbyteris advenientibus. Unde Hieronymus lib. III Comment. in Matth. cap. xxi : Cumque manum non anteacte injiceret sacerdotes, tamen opera calaminiatur, et testimonium populi atque puerorum, qui clamabant, Osanna filio David, vertunt in calumniam : quod videlicet hoc non dicatur nisi soli filio Dei. Videant ergo episcopi, et quantumlibet sancti homines, cum quanto periculo dici ista sibi patiantur : si domino, cui vero hoce diebatur (quia neadum erat solidus credentium fides), pro crimen impingitur. Eundem Christianorum morem discimus ex Itinerario Hierosolymitano Antonini Monachi, p. 30 : « Ibi, inquit, venerant multiores in occursum cum infantibus, palmas in manibus tenentes, et ampullas cum rosaceo oleo et prostrato pedibus nostris, plantas nostras ungabant, cantabantque lingua Egyptiaca psallentes antiphonam : Benedic nos a domino, benedic tusque adeste vestre, Osanna in excelsis. » Hinc habes rationem etymologiam vocis Osanna, que secundo loco positâ legitur in Colbertino exemplari Graeco libri Hebraicorum Nominum ubi ὄσσαννα interpretatur δέξα, non iuxta proprietatem lingue Hebreorum aut fidem elementorum, sed ex uso apud veteres Christianos usurpatum, et semper in illis expressum ὄσσαννα, vel δέξα. Quibus profecto observationibus omnis imperita Latinorum atque Graecorum exclusa est ac castigata. Nec propterea tamen eo inficias, nomen Osanna apud imperitos olim scriptum esse ac separatum in duo vocabula; id enim satis aparte docet Hieronymus in cap. xxi Matth. dicens : « Nemo ergo poterit ex duabus verbis, Graeco videlicet et Hebreo sermone esse compositionem sed totum Hebraicum, etc. » Putabatur, forte ἀνάν : Graecum esse, et ἀνάν, Hebreum : quam opinionem refutat hoc loco S. Doctor, monens nomen totum esse Hebreum.

Magnam aliunde præbhere potest utilitatem apud studiosos liber Hebraicorum Nominum, in comprehendendis precipiis Criticorum vel interpretum controversiis circa vocabula nonnulla Scripturarum, quæ diversitate a diversi interpretata contentientium animos extollunt velimenter, cum et contrario comprimere debuissent apud Christianos scriptores, qui recti ac veritatis amantes, non disputationem veritate, sed veritatem disputatione se querentes proficiunt. Quid de hisce verbis Matthei, cuius ventilabrum in manu sua, non fuit ultra circuus disceptatum apud hodiernoscriptores atque interpretum censores? Nolant Critici quidam homines ea exemplaria, Matthei Latinam antiquam Vulgatam complexa, quæ legunt juxta hodiernam Vulgatam, cuius ventilabrum in manu sua : quia Cyprianus ex editione illa antiquissima Evangelii secundum Mattheum legebat, ferens palam in manu sua. Alios videtas qui minime ferant eadem Evangeliste verba sic Galicie conversa : *Il a le van in la main.* Ventilabrum enim, si illis crederatur, non una tantum, sed utraque manoprehensum fuit ab Antiquis, et agitatum. Quod plures omnino negandom, censorisque virgulanotandum, viva voce ac scriptis observationum libris decernunt. Inter tot studiosorum virorum dissidio, et pugnantes sententias, si medius constitutatur liber Hebraicorum Nominum, palam ac ventilabrum pro-

eodem instrumento vulgo acceptum apud Veteres perspicie docebit; idemque penitus esse in Evangelio ferens palam in manu sua; ac cum dicitur, cuius ventilabrum in manu sua. Rursum si palam dictam ventilabrum concedamus, optimam erit ventilacula isthac translatio nostra: *Il a le van en la main;* quia pala una manu tenetur ab agricolis, dum sunt in procinctu ad mandandum in area triticum. Excusiones namque frumentaria sicul in diversi regni partibus diverse sunt: ita diverso modo agricolas excusas frumenta ventilare nulli dubium est. In Occitania cribro in media area suspenso otular ventilatores, quod quidem ventilabrum unica manu agitari potest, ant utramque si libeat. Apud nostrates autem Vascones eventilata spuma vidi frumenta cum pala lignea, quae sursum a ventis purganda tote nissi elevantes longe a se ipsis proiecunt grana frumenti paleolii ac festucis permixta: e quibus vento perlante separata deflant in terram multa atque purgata. Nec interim occasione ventilabri breviter a me perstricta sint ad commendationem libri Hebraicorum Nominum, in quo scriptum legitimus, col. 69: *Natura, bizarum, prophetat palas, que ventilabit vulgo nuncupant.* Palas igitur, quæ vulgo dicentur

## PROPHETARUM NOMINA ET NOMINUM ETYMOLOGIAE

### HIERONYMUS.

### GRÆCI.

- Osee, interpretatur ὥσσαννα, quem nos salvantem possumus dicere.  
Joel, ἱεράπετρος Θεού, dilecti Dei.  
Amos, αμώρος, η πατέρις, η λαός ἀπόστολος, validus, vel fideliς, δούλους Κυρίου, serviens Domino.  
Abdias, id est, Obedia, δούλος Κυρίου, id est, servus Domini.  
Jonas, προπτερά, hoc est, columba.  
Micha, μίχα, ex duabus orationis partibus nomen composite, quod apud nos sonat quis quasi, aut quis velut?  
Naum, παράκλησις, id est, consolatio.  
Abacuc, περιλεμβάνων, id est, amplexus, sive lucans.  
Sophonia, σοφηνών; Κυρίου, hoc est, arcana Domini.  
Aggeus, ἰρρήζων, quem nos festivum, sive solemnem possumus dicere.  
Zacharia, νικήτης Λεων, id est, victor leo.  
Malachias, ἡγετος, η σωρετης Κυρίου, id est, angelus, vel salus Domini.  
Ezias, ποτάμιος Κυρίου, hoc est, salus Domini.  
Jezekiel, κράτος Θεού, id est, fortitudo Dei.  
Hieremias, ὑψόνετος Κυρίου, exaltatus Domini.  
Daniel, Κριτης ωτον ισχυρα, id est, iudicium eius validum.

Librum Hebraicorum Nominum hac contentione et comparatione Hieronymi cum Graecis Scriptoribus absolvendum existimavi; quia ex illa oppositione Hebrei sermonis peritia summa eluet in Hieronymo; nulla autem ant minima existit in Graecis Auctoribus etymologiarum Hebraicorum Nominum. Ex quo manifestum est etymologias quascumque violentas, quae vel in libro Nominum, vel alibi apud Hieronymum occurunt, Graecos habere parentes. Ubi enim suo sensu ac proprio mente Hieronymus Hebreas voces interpretatur, nihil ad eum diligentiam et eruditioem perfectam addendum inveniet Hebraizantium magistrorum etiam acutissimum. Id ego contestatum volui ex Praefatione S. Doctoris in Commentarios in Joelem prophetam: cuius praefationis verba descripsi prout leguntur in velutissimis exemplaribus manuscriptis; nam in editis ante libris praeceps pauca, omnia corrupta sunt Hebreas Graecae nomina. De qua corruptione ac perpetua depravatione viros doctos admonui in Prodomo nostro S. Hieronymi; et licet nonverim admonitionis meae sinceritatem dispuisse quibusdam sciolis ac emulis meis, qui contumeliosi non paucis de statu meo deterrere me gestabant, nihil moror hodie eorum impetrant morositatem, qua invita Epistolam dare statui ad c. v. Urbanum Chevreanum, ut eum certior faciam de stupenda depravatione veterum editionum Hieronymi, eamque probem insigniori argumento et exemplo vocis *χριστός*, pro qua nobis obtrudunt absurdissimum *χριστός* in praefatione Hieronymi jam laudata.

## GLOSSAE QUORUMDAM SCRIPTURÆ LOCORUM

ET

## NOMINUM INTERPRETATIONES BRITONUM LINGUA.

EX ANTIQUISSIMO CODICE MS. COBERTINO, NUM. 4931.

## DE GENESI.

Furfum, dun, vel rot, *lege* sursum *pro* furfum.  
Cervus emissus dicitur quando cervam sequitur.  
Et equus emissus quando equas sequitur.

## DE EXODO.

Fiscellam, sportam thenil.  
Sponsus sanguinis tu mihi es, id est puer, qui de sanguine meo natus est circumcisus.  
Non mutiet, gremiat, gillit : quia non nocet ei extimator.  
Pruina, brimus.  
Pratum pudicitiae, id est xii solidos qui ipsam tradidit marito, debet puellae dare.  
Mittens crabiōnes, id est, urnite, propter terrorem dixit, vel angelos malos.  
Pelles aristum, id est, sine lana, quasi partica, id est, roth loschi.  
Pelles jacintinas, id est, sine lana, aut ad tegendum, non est in Britannia.  
Fibulas, hrungau.  
Capitium, quod circa collum fibulsetha.  
Dexterale, armo gusregida ante manicas, et ibi conjuguntur clavi.

## DE LEVITICO.

Rennculi, levint legum.  
Lumbulos, lembradun.  
Chroglilius, animal spinosum major quam hircius.  
Garula, rouca.  
Nupiuam, necret.

Larum, meu. Bononem unoſ.  
Mergulon, niger dicitur a mergendo, id est, dop fogui. Herodianum, una loca haec fuch breucus similis, id est, locusta, sed major.  
Aucipio, id est, fugulada.  
Spatula, habent similitudinem spadæ, inde spadule dicuntur.  
Sub pastoris virga transuent, id est, rabbacula ejus ecuerrerunt foras.

## DE NUMERIS.

Signa, id est, pone signum proprium, id est, erithoño.  
Uatilla, id est, seruscula similis vasis quibus aqua de navibus projicitur.  
Bdelion, herba albi coloris est.  
Etatis integræ, id est, trigenim.

## DE DEUTERONOMIO.

Porfilio, philfor.  
Noctuorax, noctrafen.

## DE JESU NAVE.

Arcuato vulnere, id est, incurvato vulnere : quia cauda scorpionis curva est unde nocet.  
Postlimenio, id est, post mortem patris.  
Regulam auream, ringam gurdiles.  
Civitas litterarum, propter literatos qui ibidem custodiuntur.

## DE LIBRO JUDICUM.

Testatio, vel quia ibi fecerunt tistas. Uaum.

## COMMENTARI IN S. HIERONYMI LIBROS.

339

In taberna, id est, negali sernin.  
Sibilos, regam blandientia.  
Palantes, fugientes.  
Litio, id est, ebliit.  
Terallum, id est, idolum.  
Implevit manum, id est, dedit pecuniam.

## DE RUTH.

Congessit polenta, id est, congregate formal.

## DE LIBRIS REGUM.

Circulum dierum, id est, annum.  
Focarias, coquinarias, id est, cibum preparantes.  
Sitaris, in quibus cibos portant, id est, feisilum.  
Unus anni filius, propter humilitatem.  
Perendie, post cras.

Vasa puerorum sancta, id est, corpora, pro persécutione et luxuria.

Commentarius, qui scriberebat annales commentarios.

Tipsinias, faciunt de hordeo, decorticant ipsa grana in pila, id est, in caravo ligno : deinde coquunt in quo volunt.

Ligno lancelico, sicut est biguo, id est, unidubil.

Pilenticos, insontat mentes.

Polimitarius, artifex vestimentorum, id est serico, godus neppi.

Abies, arbor mira altitudinis, unde faciunt tunnas Franci, dicitur sepis.

Tornatrices, in transversum, ligno tornata, legge.

Celatura dicitur, quod intrat.

Sculptura, quod eminet.

Anaglypta dicitur quod valde eminet quasi pennæ, istrarium, ualana unira plectas gumduint.

Camites quoque cant dicunt.

Canis, felgunt.

Modioli, nap.

Regina Sabaa, id est, Ethiopum.

Pelta, longiores sunt, quam scuta nostro tunde.

Lecito, vas vitreum in similitudine flasconis, vel panis.

Cancellus, id est ligna, subtiliter transversi, vel de foro sicut retr.

Elides, affilia.

Latrinas cloacas, aquæ ductus, id est, groua.

Musac sabbati, ædificium ubi miserunt reges numeraria sabbato, quando ingreduntur templum.

Nam Corban diciunt, ubi erat pecunia sacerdotum. Edra dicitur interior sedes ubi Papa sedet.

Tignani, qui ligna faciunt, id est, restras.

Tafet, nomen templi idoli, vel locifacarum.

Allas, grogani.

Trullas, panundiuſe.

## DE LIBRIS PARALIPOMENON.

Pro octava, id est, novissimo die Azymorum.  
In fastos, dignitates.

## DE SALOMONE.

Panaretus, sapientiam.

Cœnuerunt, accitaverunt.

Aleo, herba est.

Bleia dicitur, per quam aqua currit.

In aervum Mercurii, habent consuetudinem ambulantes in via, ubi Mercurius sepultus est, lapidem jactare in aervum ipsius, unusquisque unum pro honore.

Lamanuel, agnomen Salomonis, sicut Ecclesiastes ab actione.

## DE ECCLESIASTE.

Contignatum, teetio domus.

Capparis, herba est ad cibandum.

## DE SALOMONIS SAPIENTIA.

Fascinatio, laus stulta, id est, mæstrunc.  
Malagma, multa herbe vulneri impositæ.

## EXPLANATIO

## IN LIBRUM

## DE SITU ET NOMINIBUS LOCORUM HEBRAICORUM

*Libri de Locis Hebraicis* primus Auctor fuit Eusebius cognomento Pamphilus, qui de sancta Scriptura omnium pene urbium, montium, fluminum, vieniorum, et diversorum locorum vocabula in hoc Opusculo congregavit; indicans quae vel eadem manent, vel immutata sunt postea, vel aliqua ex parte corrupta. Hunc Eusebii librum cum quidam vir primis imbutus litteris ausus fuisse in Latinum linguum non Latine vertere, occasionem causamque præbuit Hieronymo novam ac doctorem adornandi Latinam translationem. Unde Eusebius ipsius admirabilis viri secutus studium, secundum ordinem litterarum, ut sunt in Graeco, Latine volumen transtulit : relinquens ea quæ digna memoria non videbantur, et plague mutant. Semel enim et in Temporum libro prefatus

est, se vel interpretetur esse, vel novi operis conditorem. Sic autem secundum ordinem litterarum, ut sunt in Greco, sue lingua hominibus tradidit Opusculum Eusebianum : ut tamen seriem litterarum alphabeticam Latinum, non ordinem Graeci subsequens sit. Neque vero Latinis scribens, aut Graeca exemplaria Latino sermoni convertens, recto iudicio pervertere potuit ordinem litterarum alphabeti nostri, ut nomina quae incipiunt per γ, ζ, η, apud Grecos, tertio quoque loco reponeret in sua editione Latina; eodemque modo Graecam ordinem observaret in ζ, η, ζ, et ο, et similibus, que cum aspiratione, vel per extensum elementum leguntur. Itaque prudens Lector ne in errorem pertrahatur sub obscuro verborum Hieronymi intellectu, norerit sanctum Doctorem in ea tantum ordinem litterarum, ut sunt in Greco, observare, quod primum recensuerint nomina et locorum vocabula, quae ab Eusebio ponuntur ex Genesi, deinde de Exodo, et ita consequenter servato ordine sacrorum Bibliorum. Secundo ordinem Eusebianum imitatur in singulis litteris, v. g. incipit, juxta Eusebium, ab Ararat, Achad, Agai, etc., in B similiter, a Babel, Bethel, Bala, etc. Quis alium ordinem obtinet in serie alphabeticâ Lexicorum, et in libro quoque Nominum Hebraicorum a Beda nostro olim digesto, edito autem tomo III, cum aliis Operibus ejusdem scriptoribus. Consentientes igitur reperio, Eusebium Graecum Hieronymumque Latinum, quantum patitur ordo litterarum Alphabeti nostri, quod in multis discrepat a Graeco, tum propter consonantes aspiratas, tum propter vocales extensas, que apud Graecum spatio magno intercedente inventumur digestæ; exempli causa, ζ a ζ, η ab ζ, ο ab ο, etc., cum sub eadem littera legendur apud Latinos : et manque o et vocales, sive longa sint, sive breves, eamdem formam retinent, et uno loco scribuntur. Ea sunt præcepta quoque de veteribus scriptoribus libri Locorum præmonere volumini lectorum studiosum; cui ne forte excedant eodem argumento nuper scripta in Praefatione Jacobi Bonfrerius ad suum Onomasticon, multa ex eodem excepta hic apponere perutile mihi visum est.

« Est autem hic liber, inquit Bonfrerius, primo ab Eusebio Cassariensi Graece scriptus, ut ipsemet Hieronymus in libro hujus Proemio testatur, quem Hieronymus in eorum gratianis qui sacrarum Literarum studio delectantur, in Latinam linguan sibi vertendum esse putavit: eum autem ita vertit, ut tamen de suo non paucia addiderit, nonnulla immutari, quedam perperam dicta corixerit, ut vel in Proemio ipse de se fatetur, vel ex libri hujus decursu colligi potest; cui utpote acerrimi iudicii viro, et regionum illarum locorumque spectatori, immo anis pluribus in eisdem versato, magna fides haberi potest: ut plurimum tamen Hieronymus interpretis officio fungi se predictet. Forte Hieronymus initio alio characteribus sua ascriperat, vel asterisco notaverat, quia postea, ut in hujusmodi sepe accidit, in unum corpus cum Eusebii verbis confluixerunt. Fuit quidem et ipse Eusebius in Palestina diu versatus, utpote

Cæsaream Palæstinae episcopus; multa tamen argumenta sunt, quæ suadent Eusebium non eam fuisse nactum urbium, locorumque notitiam, quam habuit Hieronymus. Patendum nihilominus est non paucia in hoc libro desiderari posuisse, que Hieronymus vel alii distinxerit occupationibus perficeret non potuit, vel ei certe non libuit: igitur et nos operi hunc uperrime manum opponentes studium in ea re opelam aliquam ponere, ut liber hic, qui aliqui videbatur implicatio, et propter confusum nominum propriorum ordinem multis futuris iniitilis, quos videlicet difficultas querendi inveniendiente loca, que investigari erant, ab eius usu lectioneque averteret, omnibus divinarum Litterarum sacraeque Topographia studiosis usi esse posset.

« Quæ autem in hac re præstiterimus paneis indicabo. In primis enim eti nominis singula ab Eusebio et Hieronymo ad suum initialem, ut vocant, litteram sint revocata, ut puta omnia, que ab A incipiunt in unum sunt congeta, tamen quia et hic sine ordine collocata erant, quibus eadem initio littera erat (que res loca annotata invenire voluntibus et opere, et temporis dispendium non sine tadio pariebat), omnia ita ordine digessimus, ut exemplo quis nulla difficultate in ipsam quam investigatoris est vocem incurrat. »

Hac aliae bene multa, quæ non sunt instituti nostri, præfatus doctissimus Bonfrerius, de Regio tandem codice Graeco Eusebii ita lectorum admendum dixit: « Hactenus, at, miliū cum solo Hieronymo res fuerat, cum nulla miliū spes esset nancisciendi Graecum de locis Hebraicis Eusebium: sed ecce præter spem omnem, cum Lutetiam Parisiorum me contulisset, in manus incurrit Graecus manuscriptus Eusebii et bibliotheca Parisiensis Regia: hunc excepit nescius nactus nova certa consilia, et cum Eusebii novæ successerunt curæ, novi labores. Placuit itaque hunc seu Graecum, seu Latinum redditum Hieronymo, meisque annotationibus congeruisse, ne qua in re operam nostram hennigus lector desideraret: qua ex re illud imprimiti commodi accedit, quod non difficile erit quæ Hieronymi sint, quæ Eusebii internoscere, quidque Hieronymus ad Eusebii luctubrationes addiderit, detraxerit, corixerit, immutavit. Addidit euidem Hieronymus aliquam non tantum ad Eusebii sententiam, sed etiam quædam locorum nomina propria, quæ in Eusebii non cernuntur; quamquam et nonnulla suspicio esse possit eorum nonnulla ex Eusebio excidisse: viscissim vero paucula locorum nomina propria cernuntur in Eusebii, quæ Hieronymus non expressit, quæ ab Hieronymo suppressa vel neglegit censeri possunt.

« De hoc manuscripto Eusebii addenda hie mihi paucula, de quibus lector premoneri debeat. Atque illud imprimit, istum manuscriptum Eusebium mendis quam plurimis scatere, præsentim vero in exprimens locorum nominibus propriis, quæ ita vitiōse non raro effertur, ut agere cum is vocibus, quæ apud Hieronymum sunt, affinitatem cernantur: ea tamen fere cum ea corruptilia relinguere malui, quam in illo reperi, ne videret non tam

Eusebium, quam conjecturas meas et animi figura menta libi tradidisse. Neque id molestum erit, aut lectori incommodum, quando quidem ex iis, que apud Hieronymum leguntur, vel meis additamentis liquido ferre constare possit, quomodo voces illæ emendari debeant... Quod ad cetera mendis attinet, subinde ut sensus, veritas sententia, vel syntaxis constaret, adjuvari debuit Eusebium, et nonnulla medicina afferri, addita, detracta, vel mutata identem una litterula vel vocula, neque aperi errores relinquendi fuerint, suggestere præseriū emendationem Hieronymo: quanquam subinde nonnulla ad marginem annotatione maiusca sive in verbis, sive in ordine verborum.

Sed alteri lectorum utilitati providentes, et studiosis Graeci nescientibus indicare cipientes, que ab Hieronymo addita sint ad Eusebium Graecum, in Latino contextu hec addimenta uncini concluimus in hunc modum: (Porro Hebrei hanc esse dicunt Mesopotamia civitatem, quæ hodie vocatur Nisibis, et a Lucullo quadam Romano consule obsessam, captamque: et ante paucos annos a Joviano imperatore Persis traxitam). Monet igitur signa hec totam hujusmodi pericope et historiam observationem ab Hieronymo conjunctam fuisse pœna Achad; de qua nihil amplius scriptis Eusebius præter ista sequuntur: Achad, ubi regni Nemrod in Babylonie. Ubi vero additamenta Hieronymiana uncini non inveniuntur conclusa, facile ex absentia Graeci contextus in altera columna poterunt internosci; vel certe manifestissima fient in scholis nostris, quibus loca quamplurima illustranda suscipimus.

Ceterum monendum est benignus lector, ne ab studio diligenter nostra aliquid in editione libri Locorum exspectet, quod neutiquam ab editoribus Hieronymi jure merito, aut æquo iudicio possit expectari. Neque enim novo systemate antiquam Terre sanctæ topographiam mutare tentabimus; sed Opera Hieronymiana summa quæ poterimus sive ad pristinam ac primigeniam integratim revocare. Notique illustrare pro modulo nostro statagmen. Qui præter hanc in editione nostra aliquid requirerit, spem suam irritam agnoscat: quia majora et indebita studia poscit, quam res ac proximia a nobis suspecta exogisse videbatur. Et sunt ergo de quibus maxime præmonendum fuit studiosus lector, qui et alia bene multa in annotationibus nostris reperiet, ad emendationem manuscripi et editi Eusebii Graeci spectantia: plurima enim curiosa ac scitu digna a Bonfrerio prætermissa sunt; plurima quoque in ejus editione imperita typographorum corrupta: quæ omnia suis locis notata, restituta, suppletaque cernuntur.

## NOTÆ PROLIXORES

IN LIBRUM

## HEBRAICARUM QUÆSTIONUM IN GENESIM

Præter annotationes nostras, quas in ora inferiori paginarum libro precedentibus subiectimus, necessitate compellor difficiencia non paucam jam persticata breviter hic longiore disputatione concludere. Negue vero spes magna me temet, brevitatem observationum mearum Criticis quibusdam scriptoribus fore placitum; nisi loca plurima, que ipsi redarguntur in Hieronymo, rursus examinanda ac illustranda proponerentur. Inspiciamus igitur non que omnibus laudibus abundant apud Hieronymum, sed ea tantummodo que viito aut imperita tribuerit ipsi volunt Critici recontiores.

I. Prior autem locus hanc satis probatus in libro Hebraicarum Questionum sumitur ex haec observatione Hieronymi in caput I Genes., 2: *Pro eo quod in nostris codicibus scriptum est ferabatur*. *Pro eo quod in Hebreo habet Merepheth, quod nos appellare possumus, incubabat, sive confrebat, in similitudinem voluntatis ora calore animantis, etc.* Melius, inquit, hodierni Critici, Hebreum **מְרֵהֶפֶת** *merahepheth* vertitur Latine *ferabatur*, quam *incubabat*: quia verbum *incubabat* proprie accedit ad sermonem Syrorum, quam ad idioma Hebreum.

Sed longe diversum erat iudicium antiquissimorum Patrum ac virorum doctissimorum circa interpretationem vocis Hebreæ et affinitatem lingua Syrorum cum sermone Hebreo. Nam ex illa affinitate approbant sancti Petri proximum esse ac magis genuinam expositionem *incubabat*, sive *confrebat*, quam *ferabatur*. Audientis hac de re Basilius Magnus Homil. 2, in Hexaem.: « At quoniam pacto, inquit, dixeris, super aquas hic spiritus ferabatur: Equidem non meam tibi, sed viri cuiusdam Syri sentientiam recensoho, qui tantum a sapientia mundi distabat, quanto verarum scientiarum rerum propinquior erat. Aiebatigit ille Syrorum vocem significatorem atque evidenter esse, et ob affinitatem quam habet cum Hebraica lingua, sentientiam aliquo modo Scripturarum propriis attingere. Itaque talen hujuscemodi sentientiam esse dicebat: Verbum hoc, *ferabatur*, pro *confrebat*, vitalemque fecunditatem aquarum natura prebeat, sumunt atque interpretantur, ad similitudinem avicularum incubantis, vimque vitalium quendam imprimentes, in ea que ab ipso foventur. Talem hunc is predicabat ea voce sensum significari, super aquas, inquam, Spiritum Dei ferri, id est, ad fecunditatem vitalium aquae natum ipsum Spiritum sanctum preparasse. Quare satis per hoc id ostenditur quod queritor a nonnullis, nec ab actu creandi Spiritum sanctum abfuisse. » Eadem habet S. Ambrosius

in Hexaem. lib. 1, cap. 8; eadem et Augustinus lib. 1, de Genesi ad litteram, cap. 18. Ex quo manifestissime comprobatur Hieronymi annotatione, ubi lectorem ducet pro *ferabatur* in Hebreo *legi incubabat*, sive *confrebat*. Quis enim Syrorum sermo Hebreo vicinior, atque aprior consequenter exprimitur verbis Hebreis, retinet *merahepheth*, id est, *incubabat*, sive *ferabatur*; hand dubiae interpretatio illa magis accedit ad fontem Hebreum, quam versio LXX Interpretem, *ferabatur*.

Nec quicquam moveat quod in Latina Vulgata, et Hieronymiana translatione, verbum *ferabatur* scriptum reperiamus; id namque consulto retinuit Hieronymus, ne ambiguum verbum a diversis diverse acceptum ad unam tantum significacionem videtur; et quod de vento, id est, de spiritu hujus mundi intelligentiam quanplurimi, ipse de solo Spiritu sancto tamquam conditio rerum omnium, sentientiam illam sibi astrueret accipiens. Deinde non uno loco fassus est sanctus Doctor, consuetudini veterum interpretum suum captare voluisse. Translationem, nbi nullum erat dampnum in sensu: « Nolimus ergo, inquit, immutare quod ab Antiquis legebatur, quia idem sensus erat. » Et post panca: « Sed et in hoc nulla est sensus mutatio; et nos antiquis interpretationem nem sequentes, quod non nobeat, mutare non ollimus. » Pro more igitur sua noluit mutare verbum *ferabatur*, quia nihil nobeat quod ab Antiquis legebatur: *nam superferi* potest et de vento et de Spiritu sancto indifferenter accipi in hec Genesis versiculo secundo.

II. Alter locus insignior habetur ad reprehensionem Hieronymi, quia in eo visus est Criticis aliquot Scriptoribus Judiacarum fabularium assertor. Observat igitur Hieronymus Gen. II, v. 8, in Hebreo scriptum esse **בָּאַדְךָ** *meledim*, id est, a principio; eamque significacionem docet preferendam Versioni LXX Translatorum, qui posuerunt contra orientem. Suam rursus opinionem probat sanctus Doctor ex consonantia Graecarum Versionum, Aquile, Symmachii et Theodosiani, dicentium, *ab exordio*, sive a principio plantatum fuisse paradisum in Eden. « Ex quo, inquit Hieronymus, manifestissime comprobatur, quod priusquam colum terram Deus faceret, paradisum ante considerat, sicut et legitur in Hebreo: *Plantaverat autem Dominus Deus paradisum in Eden, a principio.* » Si Augustinus episcopo Chimasensi, ac parenti Historicæ Veteris Testimenti credimus, pessime hanc interpretationem defendit Hieronymus, edocetus vel deceptius a Judeis, qui

## COMMENTARIUS IN S. HIERONYMI LIBROS.

543

plurimis deliramentis indulgent, et septem condita fuisse volunt anie creationem coli et terra, inter quæ *paradisum* computare solitum est scholaribus Rabbinorum Cabalistarum disciplinis.

Ego vero, qui semper animo prolixo sententias sanctorum virorum expendere proposui, cum Salliano et Janseio defensionem Hieronymi lucentem suscipiam, ut ex sensu Judæorum, non ex proprio locutum fuisse sapientissimum Interpretem evincere possim. Sallianus itaque in Epitome Antiquum Veteris Testamenti causam agens Hieronymum, annotationem ejus hoc modo defendit: « Divis autem Hieronymus ex Hebreorum sententijs, quorum ibi Traditiones scribant, locutus est. Simili responsione omnibus excusatius Hieronymus volebat Janseium, cum hunc scriberet in caput in Genesos: *A principio*, inquit, non ante terram conditam, ut Judei ex lib. vi Esdras cap. iii, v. 6, fabulantur, et Hieronymus in Traditionibus Hebreis dicit esse certissimum, scilicet ex Judeorum sensu: sed *a principio*, hoc est multo ante septimum diem. Vox Hebrei indifferens est ad principium temporis, et loci qui est orientis, ubi incipit motus solis. Unde LXX verteunt *ad orientem*. »

De eo sentiente Hieronymiana intellectu facile persuasum erit nobis, si verba lib. iv, c. iii, 6: *Et induxit eum (Adam) in paradiso, quem planauerat doctra tua, antequam terra adventaret*, contendantur cum Prefatione ejusdem Hieronymi in libro Ezra et Nehemie, ubi proprium sensum exprimit, dicens: « Nec quicquam moveat, quod unus a nobis editus liber est: nec acerophyrum tertii et quarti libri sonnii detectetur. Quia et apud Hebreos Ezra Nehemiasque sermones in unum volumen coactantur, et quæ non habentur apud illos, nec de viginti quatuor senibus sunt, prout abicienda. » Hec ab Hieronymo perhibetur scripta circa annum Christi 392, cum anno 388 altam opinionem propositus in libro Questionum Hebraicarum in Genesim. Hinc ergo vera eluctent sententia propria Hieronymi apparet: sonnia libri in Esdræ, quorum sane ineptissimum fuit paradise terrestris plausio antequam terra adventaret.

Similes et alias in defensionem Hieronymi responses inventare potuisse, et ad stylum conditionemque libri Hebraicarum Questionum provocare: nam cum ille congregatio sit Traditionum Hebraicarum, nemini mirum videri debet, si in eo quid de multis Hebrei sentiant, inferatur. « Quia semel, inquit ipse Hieronymus, opusculum nostrum, vel Questionum Hebraicarum, vel Traditionum congregatio est, propterea quid Hebrei de hoc sentiant, inferamus. Autem hunc esse Sem filium Noe, etc. » Traditionem igitur Judæorum de paradise, non propriam sententiam exprimeri voluit sapientissimus Doctor, qui sexentis aliis locis allegorias paradise terrestris, ac similes nomen Judæorum ridendas atque contempnedas apertissime docuit. Qui plura desiderat, Franciscum a Messana consulere poterit tomo ultimo editionis Parisiensis Operum. S. Hieronymi.

III. Male versus a nostro interprete Gen. iii, 18, *Maledicta terra in opere tuo*, contendit J. Drusus Quest. Hebraic. lib. iii, quest. 3. Post Drusum quoque Author Historie criticae veteris Testamenti, solito reprehendendi ceteros pruritu semper laborans, huc addit lib. ii, cap. 12: « Le même S. Jérôme ajoute que par ces mots, in *opere tuo*, il faut entendre le péché, et non pas le labourage; et il prétend de plus, que ce sens est aussi des Septante; mais il paraît trop éloigné de la véritable explication du texte. Théodotion a aussi suivi cette dernière interprétation; et l'on doit prendre garde que S. Jérôme a quelquefois suivi cet interprète, sans l'examiner avec assez d'application; et c'est ce qui fait en partie que la Vulgate est souvent conforme à la traduction de Théodotion. Aquila a traduit en cet endroit, *proper te*, conformément au texte hébreu d'aujourd'hui, et je ne doute point que cette dernière traduction ne doive être préférée aux autres. » Castigat itaque Hieronymum scriptor noster Criticus, et cum Hieronymo Vulgatam Latinam editionem quod non sit conformis fonti Hebreo hodierno, et proprius accedit ad Theodosianum translationem, quam haud satis accurate expenderit sanctus Hieronymus.

At perperam notatus a Simonis sanctius Doctor perspicie mihi visus est hoc solo contextu annotationis sue: *Maledicta terra in operibus tuis. Opera hic, inquit, non ruris colendi; ut plerique putant, sed peccati signifikat; ut in Hebreo habetur. Et Aquila non discordat dicens: Maledicta humus propter te. Et Theodosio: Maledicta Adams in transgressione tua. Quid reprehensione dignum invenire possunt hodierni Critici in eruditissima hac atque accuratissima observatione Hieronymiana. Legant utquaque volerint in Hebreo, vel בָּאַדְךָ בָּאַדְךָ, vel baabodecha cum dateh ?, nonne semper verum erit quod ait Hieronymus, scilicet, hunc versiculum Geneseos, *Maledicta terra in operibus tuis*, non esse intelligendum (ut plerique putant) de operibus ruris colendi, sed de peccatis? Si autem peccatum vel peccata juxta genuinum sensum Scripturae intelligenda sunt, dicant reprehensores inquit, quid causa sit cur Aquila non concordet cum Vulgata editione, seu Hieronymi versione. Neque enim alio sensu accipi potest isthac Aquila interpretatio, *Maledicta terra propter te*, quam quo accipiatur verso Theodosianus, *Maledicta Adams in transgressione tua*. Quia diversæ lectiones aut interpretationes ille, *proper te in opere tuo, in transgressione tua*, nihil aliud significant quam peccatum Adami, qui mors in mundum et maledictio in terram inducit creditur apud omnes vere pios ac catholice fidei assertores. Nulla ergo reprehensionis, sed maxima fuerat occasio laudis in praesenti annotatione Hieronymiana, si de illa iudicium habuissent equi pariter atque eruditæ lectores.*

IV. Brevis est prorsus sequens observatio Hieronymi in cap. vi Genes. 14: *Fac tibi arcum de lignis quadratis*. *Pro quadratis lignis, bituminata lignis in Hebreo*; sed longiori censura castigatur apud

auctorem sepius jam memoratum, lib. II Hist. crit., cap. 12, pag. 252 et 253. « Au verset 14 du même chapitre où il y a dans la Vulgate : *De lignis teregitis*, S. Jérôme a observé que, selon l'hébreu, il faut traduire *De lignis bituminatis*. En quoi il semble s'être trompé, et avoir lu *Copher*, au lieu de *Gopher*. Il a néanmoins pu changer la lettre Ghimel en Caph, pour trouver un sens plus commode, bien qu'il lit *Copher* dans son exemplaire hébreu, comme on lit dans ceux d'aujourd'hui; et cela est même pratiqué assez souvent par les rabbins. »

Sic Rabbinorum imperitam et sacrilegam audaciam, nulli scientiam aut veritatis cogente ratione, ascribit Auctor criticus dottiissimo ac religiosissimo Scripturarum divinarum Interpreti. Nemo homo est qui cordate possit asserere Hieronymum mutasse elementa contextus Hebraici, et consulto pro Ghimel legisse litteram Caph, ut sensum magis commodum efficeret in sua translatione, vel in suis questionibus Hebraicis. Quantum hoc horret Hieronymus, perspicuum fiet lectori ejusdem verbis ad Marcellam, quibus sese luctor adversus injuriam quam illi modo infert R. Simonius : « Post priorem, inquit, epistolam, in qua de Hebraicis verbis pauca prescrinxeram, ad me repente perlata sunt, quasdam homunculos mihi studiis detrahere, eur adversum auctoritatem veritatis et totius mundi opinionem, aliqua in Evangelio emendare tentaverim. Quia ego cum possum meo jure contempnere (Asino quippe lyra superflue canit), tamen ne nos superbie, ut facere solent, arguant, ita respondunt habent : non adeo me hebetis fuisse cordis, et tam crassae rusticitas, ut aliquid de Dominis verbis aut corrigendis putaverimus, aut non divinitus inspiratum : sed Latinorum codicium vitiostitatem, quæ ex diversitate librorum omnium comprobatur, ad Graciam originem, unde et ipsi translati non denegant, voluisse revocare. Quibus si dispiect fons unda purissimi, cœnosos rivulos bibant, etc. »

Qui tam acriter crimen mutati Evangelici contextus a se repellit, ad fontes Bibliorum sacrorum semper provocando; quid nunc Simonio responderet iniquitati procaciter mutationem elementorum contextus Mosis ac Prophetici? Non erat sanctus Vir adeo hebetis cordis, et tam crassæ rusticitas, ut aliquid de prophetis verbis aut corrigendum putaret, aut non divinitus inspiratum. Conicebat itaque temeraria illa Historia critica, que studiose detrahit doctissimo viro, qui gloria invidiā omnem semper supererat. Utque ad causam criminationis redamus, superlignum puto aliud hoc loco scribere in defensione Hieronymi, praeter illa que posui in notis Divine Bibliothecæ, col. 7 et 8, ubi disputatum est in hunc modum. Cum dixisset Hieronymus pro quadratis lignis, in Hebreo legi *bituminata*, hallucinatum eum putarunt nonnulli, et legisse in Hebraico contextu *Copher*, pr. *Gopher*. At pace hujusmodi scriptorum asserere fas sit, Hieronymum legisse *Gopher*,

et optime ex Hebreo fuisse interpretatum, *de lignis bituminatis*; nam *גָּמְרֵת* *Gopherith*, genus est gummi, et bituminis, sive materie sulphureose. Rabbini quoque inter species Cedri ponunt *תְּבִשֵּׁת* *Tibsheth*, arboreum pinguedinis : *de lignis vero Cedrin factam Arcam multi volvunt*. *Gopher* igitur est species arboris bituminatae, et stolidans resina aut picem, ut Abies, Pinus, etc. Hinc liquet inquam esse Hieronymo falsam conjecturam scriptoris Critici, neque dignam satis homine perito lingue Hebraicæ, cujus se calente ubique profiteretur.

V. Olios dicta bene multa in Historia critica hic prætermitte; ut graviora mendacia, et imperitam temeritatem quorundam locorum accuriosus coaguli homines, cum ipse ignoret phrases atque idiomata lingue Hebraice. Dixit enim supra, in Hebreo scriptum esse, in *conspicte Dei*; idemque significare ac *coram Domino*. Quod profecto non obvassellet, nisi pluseuidum quam concederet veritas, Hebrai sermonis notitiam sibi vindicaret. In Hebreo igitur hoc leguntur : *וְהַתִּהְעַתְּנֵן לְאַדְמָה כִּי תְּהִנֵּן לְאַדְמָה* *meed*; vel ut cum doctis sic legam, *vehhataim ladonai meed*, id est, *peccatores Domini nimis*, saint Jérôme reprend les Septante d'avoir ajouté, *ein conspectu Dei*, qui sont des mots, selon lui, *perlus*; mais ils sont dans le texte hébreu, et signifient la même chose que *coram Domino*. Il est nécessaire d'observer, à l'occasion de cette critique de saint Jérôme, que ce Père a rapporté « beaucoup de choses peu exactes et nullement concluantes dans ses Questions hébraïques sur la Genèse, où il a combattu exprès la version grecque des Septante, pour autoriser davantage le texte hébreu, et en même temps sa nouvelle traduction sur ce texte. » Hæc Rich. Sim. lib. et capite supra citatis.

Quorum verborum falsitatem, ac imperitiae calamitum opere pretium est confutare, et ipsomet contextu Hieronymianæ observationis in hunc modum scriptor : « Et viri Sodomorum mali et peccatores in *conspicte Dei* vehementer. Superflue hic in Septuaginta Interpretibus additum est in *conspicte Dei*; siquidem Sodomorum coloni apud homines mali et peccatores erant. Ille autem dicitur in *conspicte Dei* peccator, qui potest apud homines justus videtur, quomodo de Zacharia et Elizabeth in præconio ponitur, quod fuerint justi ambo in *conspicte Dei*. Et in Psalterio dicitur : Non justificabitur in *conspicte tuo omnis vivens*. »

Observat itaque Hieronymus, diligens et accuratus interpres, in LXX translatione superficie additum esse, in *conspicte Dei*. Quod vera rectaque probat consequentia, dicens : *Siquidem Sodomorum coloni apud homines mali et peccatores erant*. Hoc est, Sodomites scelustissimi halebantes etiam apud homines; tanta impudentia libidinosi flagitosas perpetrabant, ut de maximis peccatoribus postea scriptum legatur in Isaia : *Et peccatum suum quasi Sodoma prædicaverunt, nec abscondetur*. Ubi autem flagitia non sunt abscondita, sed a flagitosis ipsis predicata; quid necesse est de hujusmodi hominibus dicere, quod malit sicut in *conspicte Dei*? Restat ergo ut quo modo in plenarie, sic in hoc loco modestie, iudicii ac eruditioris expersi sit

criticus scriptor, qui ausus est impugnare S. Doctoris verba oraculo etiam prophetico confirmata, et consequentia sermonis comprobata.

Neque vero putes illum iudicio et eruditio Scripturarum pollere, qui temere doctissimos coaguli homines, cum ipse ignoret phrases atque idiomata lingue Hebraice. Dixit enim supra, in Hebreo scriptum esse, in *conspicte Dei*; idemque significare ac *coram Domino*. Quod profecto non obvassellet, nisi pluseuidum quam concederet veritas, Hebrai sermonis notitiam sibi vindicaret. In Hebreo igitur hoc leguntur : *וְהַתִּהְעַתְּנֵן לְאַדְמָה כִּי תְּהִנֵּן לְאַדְמָה* *meed*; vel ut cum doctis sic legam, *vehhataim ladonai meed*, id est, *peccatores Domini nimis*, *contra Dominum valde*. Quomodo interpretatur Glossa interlinearis, et qui textum Samaritanum ac versionem Arabicam Latine redididerunt. Quamvis Chaldeus Interpres et Syrus Simonio favere videantur. De voce ergo *laithova*, *sive ladonat*, inquirendum est an resonet, in *conspicte Dei*; an, quod verius est, *Domino*, vel *contra Dominum* significet.

Uique pedem conferat cum Critico nostro, dicat in quo exemplari Hebraeo repererit verba haec, in *conspicte Dei*, que Hebraeο *לְאַדְמָה* *ladonai*, sed *לְבִנֵּי אֹדוֹנָה* *liphe Adonai*, aut *לְבִנֵּי אֹדוֹנָה* *liphe Haadonai*, vel *בְּנֵי אֹדוֹנָה* *beene Adonai*, ubique ponuntur in libris sacris Instrumenti veteris. Proprie autem in *conspicte Dei*, Hebraeο est *liphe Adonai*, ut Gen. vi, 11, et sexcenti alii locis sub alia forma *liphe Adonai*, id est, in *conspicte Domini*, vide Gen. x, 9; Exod. xviii, 30 et 33, et deinde xix, 11, 23 et 25, etc.; sub tercia forma, *beene Adonai*, *oculis Domini*, aut *coram Domino*, habes Gen. vi, 8, et xxxviii, 7, etc. Uno itaque loco Gen. xiii, 13, excepto, semper pro Latinis vocibus, *coram Domino*, Hebraeο scribitur *liphe Adonai*, aut *beene Adonai*. Unde exploratur habemus, parentem Historia criticae, non legisse in Hebreo versiculum controversum, in *conspicte Dei*; et quod illi auge vitio vertitur, ignorasse etiam regimen et significacionem littere servilis *lamed*, que numquam in *conspicte*, sed in, vel ad Latinum redditur apud omnes Grammaticos Hebraeorum. Et utique *לְאַדְמָה* *ladonai*, proprie intelligitur, *Domino*, *in Domum*, vel *contra Dominum*: abusive autem apud LXX interpretationem portunt in *conspicte Dei*; quam interpretationem secuntur Chaldeus, Paraphrastes, Syrus interpres, et Hieronymus postea in sua translatione Latina, quam volunt sepius consonam esse Septuaginta Interpretibus, ne nimia novitate lectorum terret.

Nee indeclinabilem solum particularum vim ignoravit incuriosus criticus noster; sed, quod magis miraberis, idiomata lingue Hebreo nescire palam testatus est ineruditus sua observatione. Nam si Hebreorum ac Prophetarum calluisse idiomatos, numquam *לְאַדְמָה* *ladonai* dixisset idem esse quod in *conspicte Dei*, vel *coram Domino*. Quia ut exemplis mox evincim, phrasis ista *peccatores Domino*, locum habet sensu superlativi, qui omnem auxesim supererat. Sic Jong capite ter-

Post tol errores in Historia critica notatos, superset adhuc hallucinatio chronologica, quam nondum agnovit hujus auctoris diligentia, de qua tamen monendum est Lector studiosus, ne ducent

caecum amplius sequatur. Dicebat supra Simonius Hieronymum data opera suggestilare voluisse versionem LXX Interpretum in Questionibus Hebraicis, ut conciliaret auctoritatem sue versioni ex Hebreo progaue. Sed nemo nescit, quod versioni nondum existentia auctoritatem tribuere nullus Scriptor unquam cogitaverit. Hieronymi autem verso Genesis Latina ad fontem Hebreum expressa, sex annis edita ex post editum librum Hebraicarum Questionum in Genesim. Nam opusculum illud editum diximus anno Christi 388, cum verso Latina libri Genesios ab Hieronymo elaborata non prodierit in lucem ante annum Dominicam Incarnationis 394. Ex qua observationum præsentium serio perpetua manifestissime comprobatur, Auctore Historie critica a vero sepius aberrasse, et longe positum esse ab eruditione Hebraica, ac divinariam Scripturam intelligentia laudabili.

Sed ne invidenter tibi suffusum existimes quod dico, meque non tam errores alterius reprehendere, quam proprium stomachum in amulos erumpere; nonnulla vera ac eruditum scripta in eadem Historia critica, lubens latuus replicabo. Didici namque apud sanctos et ecclesiasticos scriptores, nec amicorum laudanda vita, nec bonis adversariorum, si honestum quid haberunt, esse detrahendum. Unumquodque igitur non personarum, sed rerum ponderare judicans, veram ac optimam fatorem observationem Simonii sibi dicentes Histor. crit. lib. II, cap. 42, Pag. 254 : « On ne doit pas s'imaginer » quon trouvait exactement dans les observations » de S. Jérôme, les mots mêmes qui sont dans » la Vulgate dont nous nous servons présentement; » Il suffit que pour l'ordinare le sens soit le même; » et encore y a-t-il des raisons pourquoi les remarques de S. Jérôme, tant dans ses Questions sur la Genèse, que dans ses Commentaires sur le reste

» de l'Écriture, ne sont pas toujours conformes à la Vulgate, bien qu'il en soit l'auteur. » Et deinde pag. 253, col. 4 : « Ainsi saint Jérôme qui a gardé dans sa version le mot de *fénêtre*, montre qu'il a « eu pins d'égard à la neteté du sens, qu'à l'exprimer l'hébreu mot pour mot. Ce qui n'a pas dû l'empêcher de faire des remarques littérales et » critiques dans ses Questions hébraïques. »

In hac sane observatione ac disputatioveritatem limavit criticus scriptor; cujus sententia diserte confutat imperitorum opinionem, qui sibi similibus probare gestunt, Vulgata versionem non esse Hieronymi: quia interdum discrepat verbis ab illis lectiobus quae passim occurruunt in Questionibus Hebraicis, velin Commentariis ejusdem sancti Doctoris. Nam si ex variitate lectiobum contendunt Vulgatam non esse verum Hieronymi futum, consequenter verum erit, Quæstiones Hebraicas in Genesim, aut Commentaria in Prophetas et in Epistolas Pauli, non esse Hieronymo ascribenda propter easdem variantes lectiobes; quamvis ipse sepius agnoscat hanc diversam rationem interpretationis: Ut verbi gr. Comment. in cap. XLII Ezechielis, ubi Lectorem his verbis monitum voleat: « LXX rursum *græco* interpretati sunt. Cujus verbi, ut ante jam dixi, non possum scire rationem, nec cujus lingua sit, dicere confidenter: nisi hoc admovere Lectorem: quod ubi nunc, *definitionem*, interpretatus sum; infra, *coram transliterim*. » Nengit ergo imperiti Vulgatam versionem Ezechielis non esse Hieronymi, quia verbis interdum discrepat ab ejusdem Commentariis. Sed et contrario ratum sit studiosis omnibus, Latinam Vulgatam libri Genesios versionem non minus Hieronymianam esse, quam sit versio item Latina sexdecim Prophetarum cuius utique proprietatem nemo nisi statutus ab auctore Hieronymo abjudicandam censuit.

## NOTÆ PROLIXIORES IN COMMENT. IN ECCLESIASTEN.

Quod in calce libri Hebraicarum Questionum in Genesim facere compulsi sum, id quoque in fine Commentarii in Ecclesiasten Salomonis agere compelli. Nec enim Ricardus Simonius solum volumen Hebraicarum Questionum impugnatum voluntus Observationibus Criticis; sed eadem arte ac temeritate ausus est stylum convertere in superiori Hieronymi Commentarium, cui nulla nota, nullæ sordes alii poterant, nisi ab imperito falsoque nostri temporis aristacho, qui sepius dicit malum bonum, et bonum malum. Summa ergo Censoris inquisitio in intertemporiam compescamus, inquit ex se ac male sanas, nec non dictissimo viro iniquas. Observationes Historiae Criticae Instrumentis veteris ostendere hoc loco commodum duxi: compressa enim et compuncta Notis

nostris harum Observationum imperita falsitate, quasi sponte sua elocibet impugnata in illis veritas debitusque Hieronymianis incubrationibus honor accedit. Loquentem vero introducam ipsum opificem Historia Critica, ne unquam conqueri possit de aliqua verborum sonorum vel sensuum facta mutatione in hac præsentis disputatione pro Hieronymo suspecta.

Sic igitur orsus est Simonius Caput XII, libri secundi Histor. Crit. voluminum Vet. Testam.: « Il est ais de reconnaître, par la Critique que » nous venons de faire, que la Vulgate Latine, de » la manière que nous l'avons présentement, n'est » pas entièrement de saint Jérôme, bien que, par » lant en général, il en soit l'auteur. Comme il y » a d'autres livres dans la même Vulgate, qui

» sont absolument de lui, et dont personne ne peut douter, j'ai cru qu'il serait à propos d'examiner encore cette Version dans quelques endroits qui sont assurément de saint Jérôme. » J'ai donc choisi le livre de l'Écclesiaste, dont nous avons les deux Versions Vulgates, rangées sur deux différentes colonnes dans les ouvrages de ce Père, et ainsi il n'y pas lieu de douter qu'une de ces colonnes, qui représente la Vulgate d'aujourd'hui, ne soit la lanouvelle traduction de saint Jérôme, qu'il a jointe avec l'ancienne Vulgate qui avait été faite sur le Grec des Septante, et où il y a aussi quelque mélange de la version de Théodotion. »

« Saint Jérôme déclare, dans la préface qu'il a mise à la tête de son commentaire sur l'Écclesiaste, la méthode qu'il a suivie dans sa nouvelle version; et il témoigne d'abord qu'il ne s'est assujetti à l'autorité d'aucun interprète, mais qu'il a traduit simplement sur l'hébreu. Il ajoute néanmoins qu'il s'est accommodé à l'usage des Septante, plus qu'à aucune autre traduction, dans les endroits où ils ne diffèrent pas beaucoup du texte hébreu. Enfin il avoue qu'il a aussi quelquefois eu recours à Aquila, à Symmachus et à Théodotion; de sorte qu'il a consulté tous ces auteurs pour faire une bonne version. Voyons maintenant s'il a toujours réussi dans le choix qu'il a fait de ces interprètes. »

Ex hoc Historie Critici turbido fonte innumeri fluxerunt errores apud curiosos ac studiosos homines, qui R. Simonii non defugient auctoritatem fluxerunt. Deinde enim creditur verbi scriptorum qui falsam sibi scripturam persuationem induxit, plurima eos oportet commenta atque phantastica venerari. Cujus utique generis sunt 1<sup>e</sup> Vulgata, duas translationes Latinas, columnis distinctas positas esse in Commentario sancti Hieronymi in Ecclesiaste; 2<sup>e</sup> eundem sanctissimum Doctorem Vulgata antiqua Latina et Græci progaue copulasse novam suam Translationem ex Hebreo expressam, cum Ecclesiasten Commentario suo illustravit; 3<sup>e</sup> declarasse methodum cui adhaesisset in condenda Bibliorum sacrorum nova translatione; 4<sup>e</sup> denique se Aquilum, Symmachum, et Théodotionem fuisse interdum secutum in eadem versione Latinis adoranda.

Miraris foris, Lector, scriptorum Criticum et portu erigendem statim navim impiegasse in tot errorum scupulos; quia cum apprire doctrinæ et de his studiis mirifice deditum putabas. Ego vero, cui causarum ignoratio mitigationem non facit, sic ut aliis bene nullis, ita hoc loco inscienter ac temere scripsisse Simonium conperio; et tam male existimasse de ceteris, ut nullus possit de ejus erroribus judicare. Sed ad rem venio; priusque Auctoris Critici hallucinationem in generali disputatione redarguo his observationibus. Non habemus, ut ille voluit, duas Vulgatas. Versiones Latinas columnis distinctas in Commentario S. Hieronymi in Ecclesiasten sed una dumtaxat hodierna, tomertate librariorum hujus temporis et editorum lucubrationum Hieronymi, conjuncta cum textu

Latino Ecclesiasta ex Hebreis verbis plerunque expresso et Commentaris illustrato a sancto Hieronymo.

Id omnibus fuit semper manifestissimum, et vero esse debuit ex conceptis verbi Hieronymiani Praefationis ita Lectorum commententis: « Hoc brevi viter admones, quod nullus auctoritem secutus sum; sed de Hebreo transferens, magis me Septuaginta Interpretum consuetudini coaptavi; in his dumtaxat quæ non multum ab Hebreis discrepant. » Quis in tanta verborum atque veracium sensum luce, aequo animo audire potest scriptorum hand prorsus inductum dicentem: « J'adione choisi le livre de l'Écclesiaste, dont nous avons les deux Versions Vulgates, rangées sur deux différentes colonnes dans les ouvrages de ce Père. » Antiquorem Vulgatam versionem Latinam Ecclesiaste Salomonis, et Græcis exemplaribus LXX Interpretum derivatam sumptaneum concedit infra ipse Simonius. Qui ergo fieri potest, ut Latina translatio libri Ecclesiaste posita in prima columna editi Commentarii sancti Hieronymi sit antiqua Vulgata e Græcis expressa voluminibus, cum Hieronymus testetur in prefatione hujus operis, ne nullius interpretis auctoritatem seculum translatuisse de Hebreo in Latinum? Num pugnassimmo scriptor aliquando pudebit tanta incertitudo? num quod in ea observatione diligenter vestigium appareat? Sed ut proprijs jam erubescat, qui in alienis redarguendis nescivit erubescere modestus, conferamus antiquam Ecclesiaste versionem Latinam a LXX Interpretibus expressam, cum illa Latina translatione quam Hieronymus elaboravit, tamque tamquam sacrum Conventum prepositus suis in Ecclesiasten Commentariis.

## IN CAPUT PRIMUM.

Vers. 1. Secundum Septuaginta: *Verba Ecclesiaste filii David, regis Israel in Jerusalem.*

Antiqua versio Latina, ut vides, relinebat, iuxta LXX, *regis Israel in Jerusalem.* Non est ergo antiqua Vulgata ea quo legitur in Commentario sancti Hieronymi; cum ipse in contextu translationis abjecteret voces superfluas *Israel* et *in*, atque male additis doceat tam in Septuaginta, quam in antiqua Latina Vulgata. « Nec non et hoc, » inquit in Commentario hujus loci, « diligenter attendendum, quod per tres libros Auctoris (Salomonis) diversus est titulus. In Proverbis enim notatur: *Proverbia Salomonis filii David, regis Israel.* In Ecclesiaste vero: *verba Ecclesiaste filii David, regis Jerusalem.* Superfluum quippe est hic Israel, quod male in Græcis et Latinis codicibus quidem libri Ecclesiaste Simonum legisse; vel si legeri, nequaquam intellexisse, quando ausus est affirmare, in Commentario sancti Hieronymi in Ecclesiasten positas esse duas Versiones vulgatas columnis distinctas. Ex uno namque tituli contextu manifestum nobis est ac exploratum neutram Latinam versionem Hieronymiani Commentarii esse antiquam Vulgatam e Græcis exemplaribus expressam. Quod tamen inscienter docere contendit pars

ille ac præsulorū pessimæ Historiæ Criticæ sacrum Bibliorum.

Vers. 5. Secundum LXX : Et oritur sol et occidit sol, et ad locum suum ducit : oriens ipse ibi videntur ad austrum, etc.

Secundum Hieronymum : Oritur sol, et occidit sol, et ad locum ducit ; et oritur ipse ibi. In hoc versiculo LXX Interpretum consuetudini se coaptans Hieronymus, lectorum accommodate monet dicens : Pro eo autem quod Vulgatam Editionem sequentes possumus, ad locum suum ducit in Hebrewo habet Soeph, etc. Frusta autem nos de illo usi docuit Commentario in Ecclesiasten.

Vers. 41. Secundum LXX : Non est memoria primis et quidem novissimis qui futuri sunt, non erit eis memoria cum his qui futuri sunt in novissimo.

Secundum Hieronymum : Non est memoria primis et quidem novissimis quia futura sunt, non erit eis memoria apud eos qui futuri sunt in novissimo. Quis sit horum verborum sensus perspicue in Commentario dicunt ubi haec addens Hieronymum : Juxta autem Septuaginta Interpretes, qui dixerunt : Non est memoria primis, etc., aliam esse ostendit suam versionem, aliam LXX Interpretum, et in utraque sensu plane diversos. Quid utique scriptorem Criticam hanc lateret, si tantisper rem illę expendisset propositam sibi per persuadendum.

Vers. 16, 17 et 18. Secundum LXX : Locutus sum in corde meo, dicens : Ecce ego magnificatus sum, et adjeci sapientiam super omnes qui fuerint ante me in Jerusalem. Et dedi cor meum ut noscere sapientiam et scientiam. Et cor meum vidit multam sapientiam et scientiam, errores et stultitiae : cognovi quia et hoc presumptio spiritus. Quia in multitudine sapientie, multitudo furoris, etc.

Secundum Hieronymum : Locutus sum ego cum corde meo, dicens : Ecce ego..., in Jerusalem ; et cor meum vidit multam sapientiam et scientiam. Et dedi cor meum ut noscere sapientiam et scientiam, errores et stultitiae : cognovi quia et hoc est pastio venti, sive presumptio spiritus. Quia in multitudine sapientie, multitudo furoris, etc.

Contental nunc Simonius hasce duas versiones Latinas, et facta inter utramque comparatione, facile perdisceat, Vulgatam antiquam tantum distare ab Hieronymiana translatione, quantum Septuaginta distant ab ipso Hebrewo fonte. Discrepant enim inter se non solum sensibus, sed verbis etiam et ordine verborum ; ut legent perspicuum est. His ad observationem Hieronymi in versiculum precedenteum, hanc occupationem malam dedit Deus filii hominum : quod Latinus interpret in distinctionem malam expressit. Unde manifestissime comprobamus, translationem Hieronymi positam in Commentario supra laudato, longe diversam esse ab ea que Vulgata antiqua hodiecum dicitur; opinionemque Auctoris Critici abiciendam prorsus ac eliminandam.

Plurima potuissem illi genus argumenta propone ex consequentibus capitulis libri Ecclesiasten, in quibus et diversa ab antiqua Vulgata, et

contrarius sepe LXX Interpretibus inveniuntur contextus Hieronymianæ Versionis; sed adeo manifestum omnibus patet primum Historiæ Criticæ mendacium modo profligatum, ut in eodem deinceps confutando oleum et operari perdidisse videar. Cetera itaque erroribus Simonii bellum inferre ac cito illud extinguiere nos oportet, quod melioribus studiis intenti, a litigiosis questionibus nullum abhorremus.

Dixi jam Historiæ Criticæ errores simul multis coquens, falsam esse et imperitam prorsus opinione quia deceptus Simonius affirmare voluit, sanctum Hieronymum antiquum Vulgatam copulasse novam Vulgatam Latinam, ut conspicuatur distinctione columnis in edito Ecclesiaste Commentario. Hoc sane persuassimimum erit omnibus qui ex antiquis monumentis, et a veteribus Hieronymi editionibus iudicium habebunt de ejusdem Commentario in Ecclesiasten. Nam in cunctis illis libris unicis legitur sacra Scriptura contextus, et quidem in manu exaratis exemplaribus, eodem prorsus tenore descriptis quo nunc a nobis editus habetur. Nec ante Mariam Victorium quisquam Ecclesiaste duplice Versionem Latinam columnis distinctam conjunctivè typulare sibi permisera. Denique cum Hieronymus Ecclesiaste exposuit suo Commentario, prater istud nullum aliud volumen Scriptura in Latinum verterat ex Hebrewo. Siquidem Commentarium suum absolvit quinquennio ferme postquam Roma redierat Hierosolymam, id est, anno era Christianæ 389, vel circiter : libros autem quatuor Regum de Hebrewo Latine convertit scilicet volumina Instrumenti veteris anno 392, vel 391, et quibus Notis Chronologis satis liquet versionem Vulgatam hodiernam Ecclesiaste non potuisse copulari cum una translatione in Commentario Hieronymi, quandoquidem Commentarius tribus annis praecedit novam Vulgatam editionem librorum Salomonis.

Reliquos Historiæ Criticæ errores supra notatos nemo est qui non possit revincere sola Prefationis ac Commentarii Hieronymiani lectione premitus. Quocumque enim ibi scripta leguntur, non ad Vulgatam hodiernam versionem sacrorum librorum ; sed ad unum contextum translationis et Commentarii in Ecclesiaste referenda noscimus. Constans proinde si apud omnes studiosos sententia, longe a vero aberrari Simonium, qui quod proprium est Commentario in Ecclesiaste, imperite docui ascribendum Vulgatam Latinam Scripturarum versioni, cuius forte needum cogitatio sancto Doctori insederat. Recordatur itaque Hieronymus interdum Aquila, Symmachus et Theodosius, cum in contextu Commentarii, eorum interpretum versiones recitat, verbi gratia, col. 387, lin. 38, dicens : « Pro eo autem quod Vulgatam editi tamen sequentes possumus (ad locum suum ducenti), in Hebrewo habet Soeph קָרְבָּן quod Aquila interpretatur קָרְבָּן, id est, aspirat. Symmachus vero et Theodosius, recurrit : quia videlicet, etc. » Vides nunc, candide Lector, quid doceat Hieronymus cum sit, se coaptasse consuetudini LXX in-

interpretum, et interdum quoque recordatum fuisse Aquilæ, Symmachi et Theodosios. Ultrumque præstat hoc loco et sexentis aliis in Commentario consequentibus. Pudeat ergo Criticum Scriptorem tot ac tantarum hallucinationum ; et qui inter suos aequaliter longe prestare sibi applauderet, fati nunc cogitat multa quae ipse nesciebat, sepsum alios docuisse.

Jam quod temere in Hieronymo atque in Vulgata nostra versione Latina carpare voluit, diligenter attendendum. Dicere enim non metuere suo censorio : « Voyons maintenant s'il a toujours réussi dans le choix qu'il a fait de ses Interpretes. » Videamus et nos, an ille censor recte judicaverit de interpretatione Hieronymi ; ut si infelicitate judicio, falsus ac imperitus nostri temporis aristarchus male audiat ab omnibus. Hac est igitur prima ejusdem observatio Vulgatam hodiernam impugnans.

« Premièrement, il n'était pas, ce me semble, nécessaire, en suivant même les règles de sa méthode, qu'il changeât ces mots de l'ancienne Vulgate, au chapitre I, vers. 4 : Generatio videntur, et generatio venit, en ces autres : Generatio præterit, et generatio advenit. Et bien que ce soit le même sens dans l'une et dans l'autre version, je trouve néanmoins que l'ancienne Vulgate exprime mieux et plus à la lettre, les mots hébreux, que notre Vulgate ; et pourtant, il n'est tout point besoin de réformation en ce lieu-là. »

Quot verba Simonii, tot hallucinationes. Nam ex Prefatione in Ecclesiaste iudicium minime habendum est de methodo cui Hieronymus insisterat cum Latinam novam Vulgatam, id est, hodiernam nostram condidit. Totum quod in ea Prefatione preloquitur Doctor sanctissimus, id Commentario in Ecclesiaste proprium est : nec absque imperitia nota, sicut ante moniti, censor Simonius præmisca de diversis Hieronymianis translationibus eadem scribere potuit. Quia methodo Biblia sacra de Hebrewo in Latinum verterit Hieronymus, si quis scire proponet, ipsam auditat scribendum ad Augustinum epist. nunc 89 : « Ibi Graeca, inquit, translumus : hic de ipso Hebreo quod intelligamus, expressimus ; sensum potius veritatem, quam verborum ordinem interdum conservantes. » Sensum igitur veritatem in nova sua translatione potius conservare studuit, quam ordinem verborum. Quod utique officium cumulativum exsequi non potuit, quam mutando antiquam Vulgatam, Generatio videntur, et generatio venit, in aliam novam veraciorem, Generatio præterit, et generatio advenit. Necver audiendus Criticus Scriptor, qui utriusque versionis unum sensum asserit, magis expressum ac literalem in antiqua quam in nova Vulgata ; ubi nulla necessitate cogente facit quoque docet mutationem superiorem, Generatio præterit, etc.

Universos hujuscemodi errores in promptu ponere nobis licet cum ex ipso contextu sacro libri Ecclesiaste, tum ex Hieronymi Commentario in hunc locum : dor הַלְכָה בְּנֵי יִשְׂרָאֵל dor holech, vedor ba,

id est, Generatio videntur et generatio veniens. Neque enim horum verborum sensus proximus, genoinus et litteralis, clarius exprimi potuit quam hoc consequenti Commentario : « Aliis morientibus, nas- » cuntur ali : et quos videras, non videntur, incipit » videre quos non videras. » Si Generatio autem videntur, et generatio veniens, proxime significant Alii moriantur, aliis nascentur ; haud dubie sensum Scriptura ac Auctoris Hagioigraphi melius expresst. Videlicet hodierna, Generatio præterit, et generatio advenit, quam antiqua versio Latina, Generatio videntur, et generatio venit. In nostra quippe Vulgata expresse dicitur, quod una generatio extinguitur et interea nova succedit ; in antiqua autem Vulgata potest intelligi, quod eadem generatio vadat et eadem postea revertatur, ut mox dicturi sumus.

Huic nostrae observationi conciliari potest auctoritas ab optimis lexicographis Hebreis, qui ante nos docuerunt verbum Hebraicum חַלְכָה holech, per metalepsin intelligi debere de rebus evanescientibus, intercurrentibus, percurrentibus, et morientibus, Gen. xv. 2 : Et ego עֲרֵי הַלְכָה holech ariri, id est, videntur steriles, sive manifesti, morior oblique liberis. Quod Targum expressit, זֶה אַזְלָת הַלְכָה vela, hoc est, videntur sine prole. Septuaginta ἐντόσθιοι ἀπέκεν, morior sine liberis. Targum Hierosolym. αὐτὸς δὲ οὐδὲν αζαλ μίνιμη alma, abeo ex mundo. Sic Latinis, abito pro morte. Qui nascitur, venit : qui moritur, abit. Fest. Pomp., abitionem, Antiqui dicebant mortem.

Præterea interpres Latini versionum Syriaca et Arabica, cum Vulgata nostra ac Hieronymo consentient, dicentes : Etas præterit, et etas succedit. Quodque curiosus attendendum, Chaldaeus Paraphrastes eodem modo interpretatur hic in Ecclesiaste verbum חַלְכָה holech ; quo supra in Genesis cap. xv, 2, hoc est, נְאַזְלָת הַלְכָה azal min al-ma, abito de mundo. Totus igitur Interpretum suffragans comprobata nova Hieronymi hodiernave editione Vulgata, eternum conlicescat imperita illa Historia Critica, cuius parentis futurum speraverat aliquando, quod nulla etias de suis laudibus contigeret.

Utile demum perdiscat censor poster, quia neceesse habuerit Hieronymus mutare antiquam Vulgatam loci controversi in Ecclesiaste, meminisse debet ex hac versione, Generatio videntur, et generatio venit, occasionem et causam subministrari Epicuri et Originis pedisquis, ut innumerabiles nobis obtrudant ineptas earundem rerum periodos et Platonicis circuitus infinitos. Quod arguit prævens optimus interpres Vulgatam noster Hieronymus, pro illa antiqua Latina versione, aliam novam substituit, Generatio præterit, generatio advenit, que sensum genuinum Scriptura exponat apertius, nullamque præbeat contentionum ansam ; ut ex ea putemus signa atque prodigia, et nulla que arbitrio Dei nova in mundo fiunt, in prioribus saeculis esse jam facta : et locum inventire

Epicurum, qui asserit per innumerabiles periodos eadem, et eisdem in locis, et per eosdem fieri. Si enim prae*terit* una generatio, et alia nova succedit, sive ad*venit*, nec Judas cero*prodiit*; nec Christus saepe passus est pro nobis; nec cetera que facta sunt et futura, in easdem similiter periodos revolvuntur. Plura his adderem ad reprehensionem insensitum Critici, nisi insanus ejus ingenium audivisset ac viduisse in multis Opusculis.

Ceteras tamen objectiones Historie Criticae confundantur proponamus.

En second lieu, au verset 6 du même chapitre, l'ancienne Vulgate semble avoir mieux traduit et plus à la lettre, les mots du texte hébreu par « ceux-ci, Vadi*t ad Austrum*, et gyrat*ad Aquilonem*: nem: gyrans gyрано vadi spiritus, et in circulos suis reveritur spiritus, qu'ils n'ont été traduits par saint Jérôme. Je ne parle pas présentement du sens qu'on doit donner à ces paroles, qui sont assez difficiles à expliquer; mais je suis persuadé que les Septante ont mieux interprété l'hébreu en cet endroit la que saint Jérôme. Lorsqu'un passage est obscur, et qu'il peut être expliqué de différentes manières, il semble que le traducteur est alors obligé de ne s'éloigner pas tant du sens grammatical; et c'est ce que les Septante ont beaucoup mieux observé ici que saint Jérôme n'a fait. »

Videte quam valde temeritati sua confidat. Non loqueri, inquit, de sensu illorum verborum sat obscuro atque intricato; sed persussum mihi est apud Septuagintam melius Hebraicorum interpretationem, quam Hieronymus Latina redididerit in nova Vulgata. O proclarum sapientiam Critici scriptoris! Fieliter se mescire sensum Scripturae nimis obscurum; et in tanti tenebris audet inconscium sustinere personam judicis, et abjecta Hieronymiana authentica Versione, pronuntiare pro antiqua Vulgata in Ecclesiis Christi jaduandam antiquam, usque quotidiana neglecta. Itaque Historie Criticae larvam hoc loco aspernabor, paratus ad defensionem Vulgatae nostrae sustinendum cum video Simonianum Crilicu manere defunctum, non frusta jactantem verba censoria, que ad declarationem rei propositae nihil conducunt.

Sed ne quis me putet haec responsione disputationis declinare difficultatem, et juxta vulgare proverbium, malo modo malum cuneum adhuc fuisse; eo reverar hunc de declinavit oratio, ut contentionem utriusque Vulgatae palam contra Simonii opinionem evincam, versionem Hieronymianam ex Hebreo expressam antiquae translationi Latinae esse preferendam: in Hebreo igitur scriptam hoc modo legimus Ecclesiastis capite primo, versu 5 et 6: וְהַתִּלְלָה וְשָׁא הַסְּבָבָה אֵלֶיךָ שָׂמָחָה וְהַתִּלְלָה וְשָׁא הַסְּבָבָה אֵלֶיךָ שָׂמָחָה וְהַתִּלְלָה וְשָׁא הַסְּבָבָה אֵלֶיךָ שָׂמָחָה. Vaserah hasschemesh uba hasschemesh, veel mecum scempsoreah hu scham. Holcet el durum, vesobet el tsaphon: soebet, soebet holcet haruakh, veal sebibothav schab haruakh. Quia verba,

si *xxviii* interpretationis sequimur, Latinis sonare possunt, *Et oritur sol, et ingreditur sol; et ad locum suum anhelus oriens ipse ibi. Vadiens ad austrum; et circuans ad aquilonem: circuens, vadiens spiritus, et super circuitus suis reveritur spiritus. Laudat supra apud Simonium Septuaginta Interpretes, huic vix insistere videntur, dicentes: Et oritur sol, et occidit sol, et ad locum suum dicit: oriens ipse ibi, vadit ad Austrum, et gyrat ad Aquilonem: gyrat gyram, vadit spiritus, et in circulos suis reveritur spiritus.* At Hieronymus sensum polius veritatem, quam ordinem verborum secutus, manifestus ita interpretatur.

*Oritur sol, et occidit,  
et ad locum suum reveritur:  
Ibique renascens, gyrat per meridiem,  
et flebit ad aquilonem:*

*Lustrans universa in circuitu pergit spiritus,  
et in circulos suis regreditur.*

Nonne tibi videtur, erudit Lector, ex ore Salomonis Latina loquentis tam eleganter manasse versionem? Qui sensus verborum, que eloquentia sermonis in hac interpretatione non claret? Nam quidquid de solis continuo ortu et occasu, ad orientem reditu, obliqueque per meridiem ad aquilonem flexu narrat sapientissimum Eclesiastes, totum illud eloquentissimum interpres Hieronymus integra Latinitate nobis expressit. Obliqua enim et fracta linea, cum sol per Austrum pergit ad Boream, et ita reveratur ad Orientem, non poterat pulchriter enarrari cursu illi noctes et dies reciprocans, atque aestatis et hiemis vicissitudines adducens, quam numero quatuor communitam praecedentium. *Oritur sol, et occidit, et ad locum suum reveritur: ibique renascens, gyrat per meridiem, et flebit ad aquilonem.* Cetera duo commata que adiuncte de sole, aut certe de vento intelligi possunt, et elegantius Latine vertit Hieronymus, ut sine ultra sensu circumscriptio, ad utriusque referre nobis licet. De sois antitheticis totum locum intelligit Chaldeus Paraphrastes; at enim: *Oritur sol in die ex latere Orientis, et ingreditur sol in latum Occidentis in nocte, et ad locum suum paulatim propicit se, et ambulat per viam abyssi, et oriturus est cras ex loco unde ipse ortus est heri. Perambul omne latus meridiani in die, et reddit ad latus Aquilonis in nocte via abyssi: gyrot, circuit et ambulat ad centum plagae Australis in revolutione Nisan et Thammuz, et per circuitus suis reveritur ad centum plagae Borealis in revolutione Tysri et Tbeth: egreditur carceres Oriens mane, et ingreditur cancellos Occidentis vesperi. Syrus et Arabs, de ventis qui in orbem circumaguntur, ultimum versiculum interpretantur. *Pergit ad Austrum, et flebit ad Aquilonem. In orbem circumaguntur permeatque ventus, et ad circuitus suis revernit ventus.**

Ex hac interpretationum tanta varietate perspicuum est omnibus, Latinam vulgatam hodieam, nisi est, versionem Hieronymianam ceteris longe prestatare in expositione ambiguum verborum contextus Hebraici: Zoreahhu hu scham holcet et darom, vesobet el tsaphon: soebet, soebet holcet haruakh, veal sebibothav schab haruakh. Quia verba,

## COMMENTARIUS IN S. HIERONYMI LIBROS.

omnia flumina in mare perpetuum influant, nec tamen ipsum tot flumina aquis aut pluvialis aquum quandoque exundet. Hanc sane maris inundationem non exprimit antiqua Vulgata Latina, et mare non impetrat; quam a contrario Hieronymiana translatio concepsis verbis representat dicens, et mare non redundat. Causa igitur fuit Hieronymo, ut antiquam Vulgatam mutaret, emendaret: at nulla Simonio esse potuit, quod Hieronymum temere reprehenderet, contempta hodierna editione Vulgata.

Nunc quam modicam laudem Hieronymo tribuat criticus scriptor, consequentibus observationibus nos ipse docebit. « Au verset 8, où nous lisons dans la Vulgate, *cuncta res difficiles*, les Septante ont traduit *omnes sermones graves*; mais la première traduction est beaucoup meilleure. »

« Comme le mot hébreu signifie indifféremment *res et sermo*, les Septante, qui traduisent souvent l'hébreu trop à la lettre, et quelquefois même sans prendre garde au sens, ne font pas toujours un choix exact du véritable sens, et ils se rendent obscurs, pour s'attacher trop à la lettre, comme au verset 10 de ce chapitre, où ils ont traduit mot pour mot sur l'hébreu, *Non est omne recens sub sole*, au lieu que saint Jérôme a traduit avec bien plus de netteté, *Nihil sub sole non rum*. Ces sortes de changements sont louables dans saint Jérôme, et on ne peut nier qu'en une infinité d'endroits, notre Vulgate ne doive être préférée à cause de cela à l'ancienne Vulgat. Mais d'autre part il y a des endroits où saint Jérôme paraît s'être un peu émancipé: car sous la prétexte de n'être pas barbare, en traduisant les mots hébreu trop littéralement, il limite quelquefois le sens de l'original, et il séloigne de la lettre plus qu'il ne devrait faire. Il est vrai qu'en d'autres endroits, sa traduction est admirable, et que, sans s'arrêter aux mots avec scrupule, il explique très bien la pensée de son auteur: ce qui est une marque évidente qu'il possède assez la langue hébraïque; comme lorsque qu'il traduit de certains futurs par le présent, et qu'il change des cas en d'autres, selon le génie de cette langue. Par exemple, au même verset 8 de ce chapitre, il a très-bien traduit, *Saturatur et impletur*, au lieu que les Septante ont traduit à la rigueur de la lettre, *Satisfabit et impletabit*; et au verset 11, où nous lisons, *Non est priorum memoria*, sa traduction est beaucoup meilleure que celle des Septante, qui ont traduit, *Non est memorie primis*. En un mot, la traduction de saint Jérôme a cela de bon, qu'elle ôte la plus grande partie des équivoques, qu'il est difficile d'éviter quand on s'attache trop au sens grammatical. »

Prolixie hic Hieronymum ac Vulgatam nostram videbatur laudare Simonius, nisi manifeste in suis laudibus criminareret antorem translationis, quam aliquot in locis mirabiliter non negat; sed quasi dignitate in Ecclesia Christi existimamus esse consorem, qui audeat isthac de sanctissimo Doctore

palam scribere: « Mais d'autre part, il y a des endroits où saint Jérôme paraît s'être un peu énancié ? » O singularem modestiam scriptoris orthodoxy! Non decebat hominacionem ita contemptum dicere de viris summis. Fuit equidem Simonius multo in omnes intertemporantem semper quam debuit; sed sus Minervam docere nunc gestit, et musa proaci accusare maximum Doctorem in sacris Scripturis interpretandis, quasi immoderata interdum libertate Latine converterit verba Prophatarum. Parumque abfuit quin eidem cognitio nem Hebrei sermonis invidenter Simonius; dictis namque, il possédait assez la langue Hebraïque, non absuntiam Hieronymum idiomatici Hebrei ascribit peritiam, sed tantum parvam ac mediocrem. Quia sint autem illae Scripturae a sancto Doctori intertemporantes Latinis verbis expressae, non autem est notare falsus aristarchus; ut sic auferat nobis occasione defensionis pro Hieronymo et Vulgata suscepimus. Ad cetera ergo exminationum capitula transcursum.

« Au verset 13, » inquit ille scriptor, « où il y a dans la Vulgate, *Perversi difficile corrigitur*, » les Septante ont beaucoup mieux traduit, *Peruersi non poterit adorari*. Saint Jérôme n'a pas dû limiter à un sens moral ce qui est exprimé en général et sans restriction dans le texte hébreu; et ce qui est dit ensuite, *Stultorum infinitus est numerus*, est encore plus élögioné de l'original, où il y a à la lettre, *Defectus nequit numerari*. Lequel défaut de traduction vient aussi de la restriction du sens, parce que le même saint Jérôme n'a pas fait assez de réflexion sur le style du Livre de l'Ecclesiaste, où l'auteur se sert de certains termes pris des choses naturelles en général, et qu'on peut appliquer ensuite à plusieurs autres, principalement à ce qui regardent les mœurs. »

Ad confutandam hujusmodi reprehensionem Historie Critice, sufficiat excusare Commentarium Hieronymi in hunc locum Ecclesiaste, supra a nobis editum, col. 722: « *Perversus non poterit adorari: et immunitio non poterit numerari*. Qui perversus est, nisi ante corrigitur, non poterit adorari. Recta ornatum recipiunt; curva correctionem. Perversus non dicunt, nisi qui de pravatis a recto est. Hoc contra hereticos, qui quasdam naturas introducent, que non recipiunt sanitatem. Et quia immunitio, hoc est, quod deest non poterit numerari: propterea tantum primogenita Israel numerata, sunt. Femina vero, et servi, et parvuli, et vulgus ex Aegypto, nequaquam plenitudo, sed immunitio exercitus, absque numero pretermitti sunt. Potest et hic esse sensus: Tanta malitia in mundi hijs capacitate versatur, ut ad integrum bonum statum mundus redire vix valeat; nec possit facile recipere ordinem et perfectionem suam, in quibus primum conditus est. Alter: Omnibus per penitentiam in integrum restituunt, solus diabolus in suo permanebit errore. Cuncta enim que sub sole facta sunt, illius arbitrio et spiritu

malignitatis eversa sunt, dum ad ejus instinetum peccatis peccata cumulantur. Denique tantum est numerus seductorum, et eorum qui de grege Domini ab eo rapti sunt, ut suppatione non queat comprehendendi. »

Tot modis exppositus Ecclesiaste versiculos nullum ambigendi locum relinquunt de imperitiis Observationum Simoni, in variis reprehensiones incurritis proper Hieronymum incaute ac perperam ab eo redargutum. Fuit haud dubio in Hieronymo accurata consideratio dictionis Ecclesiaste, dum eum Latinitate donaret, ut probat superior Commentarius tribus annis elaboratus ante Vulgatam versionem ejusdem libri. At nullam hic agnoscere vel patitur, sed tantum parvam ac mediocrem. Quia sint autem illae Scripturae a sancto Doctori intertemporantes Latinis verbis expressae, non autem est

notare falsus aristarchus; ut sic auferat nobis occasione defensionis pro Hieronymo et Vulgata suscepimus. Ad cetera ergo exminationum capitula transcursum.

ligorum aut lapidum hoc loco docelis significari. In Chaldaica similiter paraphras moribus perversi notantur: *Vix cuius vix perversa sunt in hoc saeculo, et moritur in eis, nec revertitur ad penitentiam, non est facultas illi corriger se post mortem suam, etc.* Accuralam igitur Editionem Vulgatam Latinam Ecclesiaste fateri cogetur quisquis non Critica temeritate, sed acri ac maturo iudicio eam expendere voluerit.

Pudeat me nunc in Historia Critice Simonium audire ita dicentem: « Au verset 18, où nous lisons dans la Vulgate, *Labor et afflictio spiritus, et l'hébreu porte simplement, *afflictio spiritus*; et dans l'ancienne Vulgate rapportée par saint Jérôme, *posteo venti, seu presumptio spiritus*. Ce sont deux traductions différentes de mêmes mots hébreux, lesquelles on a jointes ensemble, comme il arrive quelquefois dans cette ancienne Vulgate. » Quanta sit isthme hallucinatio scriptoris Critici, paucis ostendo veribus. Numquam in antiqua Vulgata Latina e Greco LXX Interpretum expressa, positum est, *posteo venti*; sed ubique *presumptio spiritus*. Unde Hieronymus Commentario in versiculum secundum quartum ejusdem capituli prioris: « Necessitate compellimus, inquit, ut crebris quam volumina de verbis Hebreis disseramus. Nec enim possumus scire sensum, nisi cum per verba discamus. *Routh* (רוּת) Aquila et Theodosius ρωτην, Symmachus βερτενον translaterunt; Septuaginta autem Interpretes non Hebreum sermonem expressere, sed Syrum, dicens προπονεσθαι. Sive ergo ρωτην, sive βερτενον, a passione vocabulum est. Προπονεσθαι autem nihil voluntatem, quam presumptionem sonat. Quod si in eodem Hieronymi Commentario legatur infra talis Scripturae contextus: cognovi quia hoc est *posteo venti*, sive *presumptio spiritus*; non cum imperio aristarchico existimes duas versiones ejusdem vocabuli Hebrei conjunctas fuisse in an-*

tiqua Latina Vulgata; sed hanc varietatem Hieronymiano ascribe Commentario, ubi vir summus sepius LXX editionem secutus, aliquando recordatur Aquila, Symmachus, et Theodosius.

Post tot errores hucusque a nobis notatos, animum Lectoris idonee comparans ad reliquam dictionem, ista praemitti Simoni: « Au reste, je crois que ce que nous avons produit à présent toucheant la manière dont saint Jérôme a fait sa nouvelle Version de l'Ecriture sur l'hébreu est suffisant pour faire connaître en particulier la méthode qu'il a observée dans un si grand ouvrage. Nous ajouterons seulement à ce que nous avons déjà remarqué, quelques réflexions générales, qui nous feront encore connaître plus à fond cette même méthode de saint Jérôme. »

Quot antea monimus Lectorum studiosum sufficere videatur, ut irritam faciamus spem Autoris Critici, qui se cum frustratur, frustrari alios incacutus existimat. Nihil nos docuerunt praecedentes vel consequentes Observations Historie Critice, quod conductat ad intelligentiam methodi, qua in Latinum sermonem Biblia Hebreia translatum Hieronymus. Nam quidquid prefatus est sanctus Doctor in Commentarium libri Ecclesiaste, eidem lucubrationi proprium est, nec magis spectat Vulgatam Scripturarum versionem, quam expositionem Evangelii secundum Matthæum. Reclu itaque iudicio repudiabit prudens Lectio omnes Observations Historie Critice, quia hujus Operis Scriptor magno loquendi impetu fluens, more torrentis turbidum ubique profert sermonem, ac falsa pro veris sepius, aut semper nobis obtrudit.

Hoc ego Simoni injurias conqueri compulsum sum pro authenticâ Ecclesiæ Romana versione Latina, ac pro maximo divinarum scripturarum interprete Hieronymo; paratus aliquo in gratiam redire cum illo Scriptore Critico, modo ipse ad ingenium suum nolit redire.